

Johann Ernst Schaper

**Decanus Facultatis Medicae In Academia Rostochiensi, Joh. Ernestus Schaper ...
Ad Solemnissimas Merito Exeqvias ... Dn. Wilhelmi Dav. Habermanni ... Omnes
Omnium Ordinum Cives Academicos ... officio invitat**

Rostochii: Wepling, [1715]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755554345>


Druck Freier  Zugang




Schaper, J. E. ,
in W. D. Habermann.

R. 1715.

73





DECANUS
FACULTATIS MEDICÆ
IN ACADEMIA ROSTOCHIENSIS

JOH. ERNESTUS SCHAPER,

Med. D. ejusq; Prof. Duc. Publ. Ordin. Facultatis Senior,
& Serenissimi Ducis Regentis Mecklenburgici,
Confiarius Aulicus & Archiater;

SUO ET FACULTATIS SUÆ NOMINE
AD SOLEMNISSIMAS MERITO EXEQVIAS

Magnifici Ante Obitum B. RECTORIS
& Facultatis Medicæ, t. Decani,

VIRI PRÆ-NOBILISSIMI, EXPERIENTISSIMI
ATQVE EXCELLENTISSIMI

DN. WILHELMI DAY.
HABERMANNI,

Medic. D. & Professoris Publici Ordinarii *Celeberrimi*
Poliatri Rostochiensis Meritissimi
COLLIGÆ, DUM VIVERET, CONJUNCTISSIMO
PRÆMATURA MORTE NOBIS EREPTI,

Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos, ea qua fas est,
humanitate & omni officio invitat.



R O S T O C H I I,

Literis JOH. WEPPLINGI SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.





Qvod vivere nil aliud
fit quam pati, dole-

re, mori, miserrima vitæ
& conditionis humanæ fors ab
ortu ad occasum calamitatibus,
laboribus & mille insuper æru-
mnis adeo jactata confirmat;

Hanc olim delineaturus erat extra veram Ecclesiam
degens Democritus Hippocrati, quem ad illum cu-
randum Abderitæ acciverant ex prægrandi suæ sa-
pientiæ penu, & pleno philosophici contemptus ani-
mo deprompta inter alia multa hæc locutus est:

*Totus homo ab ipso ortu morbus est, ætate marcescens mise-
rabilis.*

Eandem rapidissimo annorum cursu infir-
mitatum ac curarum plenissimo circumscriptam pro-
positurus intra Ecclesiam genuinam vigens AUGU-

STINUS *Nasci, inquit, hic in corpore mortali incipere
est agrotare, & qui non agrotat in hac vita non longum
trahit languorem: Et ORIGINES, vita hac est arumno-*

*sa, quam humores tumidant, dolores extenuant, ardores
exsiccant, æra morbidant, esca inflant, jejunia macerant,
infirmitas frangit, mæror deprimit, mors interimit.*

Et hæc quidem ac similia effata alia tum Oratorum, tum Pœ-
tarum, tum Gentilium, tum Christianorum, tum

Veterum, tum Recentium, tam vera esse quam quæ
verissima, quotidiana sane deprehendimus experien-
tia, si quando meditationibus nostris paulo penitius

observamus ætates hominum, quibus, *Seneca* dicente,
non confestim in mortem incidimus, sed minutatim
procedimus, cum crescimus, vita decrescit, hunc
quem vivimus diem cum morte dividimus, & il-

lud

Iud ipsum, quod annos numeramus, non obtinemus
 sed perdimus. Etenim vix concepti & inchoati ho-
 minis signa sunt mille matris tædia, Pica, Incubus
 vomitus, & infinita morborum tormenta, quibus
 nulla, quantumvis purissima, invenitur immunis,
 cui uterus sæpe pro tumulo est, & pro ortu abortus,
 qui vitam adhuc vincam eripit & antequam lucem
 videat, luce privatur miser. In partu multum me-
 tuendum à Matre, ab imperita obstetrice, à se ipso
 & ab aliena nutrice, si in eam tanquam improvidam
 & procacem, quod sæpius contingit, infortuito in-
 cidit, adeoque si non rapitur protinus ac ostenditur,
 solstitialis velut herba exit, ac primum vitæ tempus
 destinat lacrymis longe acerbissimis. Adfunt etiam
 tam teneris membris morbi, Achores, Hydroce-
 phalus, Siriasis, atque ab auribus defluit humiditas,
 & dira infantum mater circumstat Epilepsia: Non-
 dum firmatum cibus os, Aphthis scatet, lac è ventri-
 culo revomitur, & idem vomitibus debilitatur, al-
 vum vexant tormina, caput vigiliæ & pavores, tor-
 quent & infantes convulsiones, gingivarum pruri-
 tus, diarrhœa, & in intestinis generantur lumbrici, qui
 ea aliquando perforant, in aliquibus calculi vestigia
 è renibus & Vesica se produnt, aliis ægritudines non
 raro contagiosæ fiunt & immedicabiles. Pueritia mor-
 borū adeo ferax est, ut innumeris ægritudinibus quas-
 fata sæpissime ruat; Dum enim in incrementum ten-
 dit corpus & in majorem proceritatem habenas la-
 xat, in plures morborum impingit scopulos; Imper-
 fectum enim est, quicquid ad majorem consumma-
 tionem properat, nec ad hanc nisi per varias muta-
 tiones

△

tiones ascenditur, quæ ægritudines plerumque sunt, quod reddidit *Plinius*: pubescentem hominem nondum quendam solvere, quod ægritudine præcipue censeatur. Quæ sequitur ætas, quamvis à multis impuritatibus repurgata, crudeles tamen experitur affectus, frequentes sunt tabes & Phthisis, quæ dato semel signo cruore scilicet cum tussi ejecto certo tramite sæpè in præcipitium ducunt, ferox id malum est, quod sæpè robustissimos adolescentes adoritur, ac in longioris vitæ spe positus infidiatur. ⁶³ Ulterius progredientibus Pleuritis thoracem lancinat, alios conficit Diarrhœa & intumescens bilis, quæ etiam vehementissimæ Cholerae parens & vomitus concitat enormes, & qui ad optimos vitæ annos ascenderunt & iudicii maturitate totam perfectionis metam adæquasse videntur, mirum ac miserum potius qua celeritate labantur, & cum corporis viribus animi quoque vigor minuatur. Inclinate ætate sensim obrepit non intellecta senectus, quam varia circumstant incommoda, varii labores & dolores, sub quibus rugatur facies, statura curvatur, languet spiritus, cor affligitur, caput concutitur, vertigine rotatur, tremunt partes. Apoplexia invadit, & vel nullas patitur inducias, vel motus aut unius aut plurium partium relinquit impotentiam & sensus in iis hebetudinem, imò defectum verbo: Paralyfin. In aliis dentes decidunt, in facie pallor, tenebræ in oculis, surditas in auribus, mucus in naribus, Rheuma in pectore, torpor adest in articulis; Neque est quod putemus recensita hactenus, ea, qua fieri potuit brevitate, morborum præcipuorum genera, quæ homines per certa, quibus

bus vita eorum distinguitur temporum intervalla molesta & ingrata ratione exercent, ut & reliqua, numero inexhausta, quæ singulas humani corporis partes gradibus nunc intensioribus, nunc remissioribus affligunt, omnes duntaxat illos invadere, ex quibuslibet hominum ordinibus, qui vitæ suæ & sanitatis restaurationem Peritissimis Medicis optima cum fiducia committunt. Invadunt quippe & ipsum artis salutaris ordinem, & in eodem Probatissimos Medicos, qui propensissimo semper affectu, & diligentissimo cultu profecuti sunt studium illud, quod præservare novit & potest corpora humana à malis, vel aperta vel clandestina ratione vitæ eorum, & incolumitati insidiantibus, conservare item pro datis homini viribus, nobilissimum rerum humanarum præsidium, valetudinem scilicet integram; Adeoq; evidenter satis Democriteum illud supplet & sustinent effatum: Non tantum *totum hominem*, sed & *omnem hominem* (etiam Medicum ipsum) per omnem vitæ suæ & structuræ suæ conditionem, *esse morbum*, h. e. omnigenis infirmitatibus, & tandem ultimæ, morti obnoxium. Testis est luculentissimus pariter ac luctuosissimus MAGNIFICUS per ultimum vitæ suæ, idq; semestre spatium Academiæ RECTOR, & simul Amplissimæ Facultatis Medicæ Spectatissimus Decanus, Vir Prænobilissimus, Excellentissimus atque Experientissimus, Dn. WILHELMUS DAVID HABERMANNUS Medicinæ Doctor & Professor Publicus Ordinarius Celeberrimus, & Poliater Rostochiensium Meritissimus, Collega quondam noster Æstimatissimus, nunc eheu Desideratissimus, qui integrum vitæ suæ mortalis hospitium cum va-

Aj

riis

riis subinde debilitatibus, per extremi præsertim
temporis spatium cum diuturna ægritudine collucta-
tus, præmaturo tandem fato, lugubri ratione nuper
succubuit; **LUGENT CIVES** omnium ordinum **ACA-
DEMICI** Magnificum suum per semestre Hyber-
num caput, ante consummatum regiminis sui ter-
minum, è terrestri Academia ad Cœlestem discessisse;
LUGET REVERENDUM CONCILIUM, se priva-
tum esse iterum Adfessore Gravissimo, in Con-
siliis & subsidiis Utilissimo; **LUGENT & PRO-
FESSORES & DOCTORES** abiisse ad Cœli-
cos, Collegam omni amore Collegiali Dignissimum,
omni officio Collegiali Honoratissimum: **LUGET**
singulariter Ampliff. **MEDICA FACULTAS**,
obiisse præmature singularem Collegam, eumque
longe Charissimum, luctumque suum Collegialem
publica hac eademque Biographica scriptione debi-
tum in modum contestatur. Quod attinet igitur ad
recensionem vitæ, Beati Collegæ nostri præsentis scri-
bendi genere in **Academiis** usitatam; Natus est in
Alma hac **Rosarum Patre Cœlestibus** jam dudum ani-
mabus associato, **Viro Prænobilissimo, Consultissi-
mo, Amplissimo, Excellentissimo Dn. CASPARE
HABERMANNO, J. U. Doctore & Professore In-
stitutionum Ducali Publico** longe **Celeberrimo, Ma-
tre non adeo dudum Cœlitum numero inserta, Præ-
nobilissima Domina, MARIA BRANDES, DA-
VIDIS BRANDES, Senatoris quondam Civita-
tis hujus longe meritissimi filia, fœmina omni se-
xus sui virtutum genere instructissima.** Curanti-
bus his optimis parentibus ad promovendam salutem
ejus

ejus præprimis Spiritualem ac æternam, pretiosissimo
sacrofancti Baptismatis Lavacro initiatus, eoque ipso
Ecclesiæ in his terris genuinæ, tanquam verum ejus
membrum statim post nativitatem incorporatus est;
Ad promovendam autem temporalem ejus salutem,
infantilibus in annis, ad frequentandum literarium
ludum compositis, Scholæ Rostochiensium oppida-
næ commissus, & per omnes ejus, quas occupave-
rat Classes alacri industria procedens, ad Primam
quoque Classem delatus est. Instructus inibi infor-
matione publica, eaque utilissima Rectoris t. t. me-
ritissimi, postea Pastoris ad D. Mariæ templum vi-
gilantissimi, admodum Reverendi & Amplissimi
Domini NIEHENKIL. annuo fere ab hinc spatio beate
in Domino defuncti, nec non succedanei Rectoris,
Præcellentissimi atqve Nobilissimi Domini MOH-
RII plurimis ab hinc annis beata morte intercepti:
Privatissimis item institutionibus Con- Rectoris t. t.
fidelissimi, hodie Rectoris Academiæ Magnifici,
Professoris Philosophiæ Celeberrimi, & ad D. Ni-
colai Ædem Ecclesiastæ longe meritissimi, Admo-
dum Reverendi & Excellentissimi Domini JA-
COBI BURGMANNI, Collegæ nostri Honora-
tissimi, feliciter adjutus insignes fecit progressus,
eosque tales, ut animum ad altiora & quidem ad
studia Academica egregio cum fructu posset appli-
care. Exoptata hac ut fruereetur applicatione, no-
men suum A. 1689. albo nostro Academico dedit,
Rectore t. t. Magnifico, Viro Prænobilissimo atque
Consultissimo Dn. JOHANNE FESTINGIO J-
U. Doctore, Pandect. Prof. Publ. Ordinario & Con-
sistorii Ducalis Adessore Gravissimo, & Medico
se præ

se præ cæteris devovens studio, prima fundamenta posuit, sub Professoribus tunc temporis hic longe celeberrimis diu beatis, DN. D. BARNSTORFFIO P. P. celeberrimi Facultatis suæ t. t. Seniore Venerabili & Poliatro Rostochiensium multo Dignissimo, ut & DN. D. GERDESIO in Academia hac & deinde Gryphiswaldensium Regia Professore Excellentissimo, posterioremque hunc Doctorem suum in eandem modo memoratam Academiam abeuntem ingenuo amore secutus est. Ulteriora sequenti tempore studiorum suorum, eorumque præcipue Medicorum fatis egregie in Patria fundatorum incrementa laudabili desiderio & quæsivit & invenit in Regia Hafniensium Academia, præclaris monumentis ad omnem memoriam commendatissimos DN. BARTHOLINUM & DN. HARWECKIUM, & in Regismontana celebritate Doctrinæ pariter ac famæ maxime conspicuos, DN. STARKIUM, HARTMANNUM, Seniorem WOSEYNIUM, aliosque eruditione artis Medicæ solidiori præstantissimos, diligentissima cum accuratone attendens. Nec cessavit succedente tempore locupletatorum in his Academicis studiorum suorum, majores comparare sibi indefesso cum labore successus, hincque Rigiæ petiit longe remotam, favorem inibi expertus benignissimum Physici & Practici ejus loci felicissimi DN. MARTINI. Per Poloniam porro transit in Hungariam superiorem & Medici Eperiensis, Practici Celebratissimi, CZINCRESTI consuetudine aliquamdiu usus benevola; Viennam quoque pervenit, ibidemque cum Mathematico simul & incumberet Studio, Patris è societate JESU, Mathematici eruditissimi

fimi KALIENTEFSKI, encheireses in Astrologia
 debita cum cura perlustravit. Sveciam præterea
 ingressus est admodum dissitam, cumque videret,
 quantos è Mathesi capere posset fructus, à Collegiis
 ibidem, tum Geometrico, tum Machenario Inge-
 niariorum vulgo dicto examinatus in Svecicas Ger-
 maniaë Provincias, ut eas Geographice delinearet,
 Regio jussu remissus, spartam illam egregia diligen-
 tia & fidelitate per annos aliquot exornavit. nec
 oblitus Mathesi huic practicæ Medicinam Theoreti-
 co-Practicam amicabili consortio adjungere; Berol-
 linum tandem deposito Architecturæ militaris officio
 delatus, & ibi superiorum jussu hanc vel illam regi-
 onis partem Geographice delineavit, & Bibliotheca
 Regia jam tum publico usui destinata, celeberrimorumque
 virorum conversatione per aliquot annos gavisus est.
 Videns hac ratione instare complementum studiorum suorum
 Medicorum æque ac Mathematicorum & felicissimum &
 desideratissimum, Anno 1705. Patriam suam dulcissimam
 magno cum suorum gaudio repetiit, nostram in ea salutavit
 Facultatem Medicam, & ab ea omni qua par est humanitate
 examen pro Gradu in Medicina supremo expetiit, expetitur
 prompta benevolentia impetravit, quin imo habita publice
 eodem anno Dissertatione Medica, eaque Inaurali sub
 meo Præsidio **DE SIGNIS IMMINENTIUM MORBORUM AD PRÆCAUTIONEM NECESSARIIS**, proprio Marte
 eruditissime conscripta, ab eadem nostra Facultate interprete me t. t. Pro-Decano, Promotore & Pro-Cancellario summos in Arte salutari honores

B


honores cum omnium Bonorum applausu voti-
vo & obtinuit & suscepit. Permoverunt sine
dubio inter alia merita hæc & Præmia Decoraque
Doctoratia, Prudentissimum Amplissimumque Ci-
vitatæ Patriæ senatum, ut eodem pariter Anno
prævia Collegii Professorum Senatorii denominatio,
ne Excell. hunc Medicinæ Doctorem solemner vo-
caret ad munus publicum Professoris Medicinæ
ordinarii, eidemque connexum Poliatri Rostochi-
ensis, in locum Defuncti beate Anno præcedente,
primi ipsius supra jam laudati in Academia Patria
Doctoris & Præceptoris Viri Prænobilissimi Excel-
lentissimi atque Experientissimi BERNHARDI
BARNSTORFFII, Med, Doct. quondam & Prof.
Publ. Ord. nec non Poliatri longe meritisimi, Col-
legii Senatorii & Facultatis suæ Senioris admodum
Venerabilis, Collegæ nostri conjunctissimi, mul-
tisque nominibus æstimatesimi, Quod utrumque
anno subsequente 1706. Oratione Inaugurali, *De Idea
Medicaminis perfecti ab Oraculo olim ostensi*, auspicata
introductione exorsus est. In Academico isthoc &
Oppidano officio ita se gessit & exhibuit *Beatus Col-
lega noster*, ut in vita, quæ ipsi placuit, cœlibe & soli-
taria, cultui divino, pro congenita sibi pietate re-
ligiosa cum devotione vacaret; Negotia, quæ in Me-
dica sua Professione sibi obvenerunt expedienda,
summa cum fidelitate dexteritatæque absolveret,
Ægrotantibus quibusvis & male se habentibus, ar-
bitriumque ejus & Medicamen efflagitantibus prom-
pto paratoque & consilio & auxilio succurreret: Re-
ctoratum Academiae MAGNIFICUM, cum duplici
vice ad ipsum devolveretur, altera sub initium offi-
cii anno

cii anno 1708. altera sub finem vitæ anno 1714. & 1715. præsentis, integerrima fide & laudatissima prudentia administraret. Decanatum Facultatis suæ spectabilem quinque ad se vicibus delatum, ingenua providaque pro commodis Facultatis sollicitudine Collegis suis quam optime commendaret; Totumque ut multa paucis complectar, & præcedens officium suum & subsequens vitæ curriculum ita transigeret, ut DEO æstimaretur gratus atque acceptus, Proximo commodus & officiosus, sibi que Christiana sui cura tranquillus. Talem se quoque laude merito digno exemplo præstitit *Beatus Collega noster* in ultimo vitalis sui curriculi spatio, eo que perpetim ferè morbido circa anni 1713. autumnum usq; ad Præsentis anni vernum tempus, per quod cum Cohexia, & succedanea Anasarca comite scorbuto indivulso, variè colluctatus & in eum morborum concursum per insultus Arthriticos non raros lento quidem gradu sed irreparabili damno deturbatus est, & quanquam ex eo quod tum Anasarca tum scorbuti effectibus omninò nocivis exquisita remedia cum cautelis debitis opponerentur, subinde signa restitutionis non levia obvenirent, morborum magnorum concursus tamen doctâ arte plus valebat, & tandem ægri vires superans simul ejus vitam superabat, ut eam cum morte placida die 3. Aprilis a.c. commutaret, non sine Luctu insigni & tosius Academiæ & Facultatis nostræ Medicæ. Ea propter Facultas nostra me interprete, Vos Cives Academici O.O.H. eâ qua par est diligentia & humanitate rogitat: date hoc Charitatis Christianæ commune officium Capit

ti ante abitum beatum Vestro & RECTORI MA-
GNIFICO, date hoc Doctori & Profefiori de,
inckyta Academia pariter ac Civitate bene meritif-
fimo, date hoc Medico pro falute corporis eorum
ex ordine vefiro, qui curam ejus defiderarunt,
providam Vigilantiffimo, & exequias ejus, ftatis
hodierni diei horis jufia cum folemnitate inftituen-
das, faviffima veftra præfentia & comitatu fre-
quentiffimo benigniter cohonestate. Concomitan-
do autem Documentum fragilitatis humanæ cer-
tiffimum fedulo vobifcum quæfo expendite, fore
aliqvando tempus, quo, quod feminatum in cor-
ruptibilitate, refurrecturum in incorruptibilitate,
quod feminatum in ignominia, refurrecturum in
gloriâ, quod feminatum in infirmitate, refurrectu-
rum in firmitate, quod feminatum in qualitate &
conditione animali, refurrecturum in qualitate &
conditione Spirituali, ficque totum homi-
nem qvatenus ab ortu mortali-
tatis fuæ morbus fuit marceffibi-
lis, ortu immortalitatis fuæ totum
fore vigorem omni æterni-
tate immarceffibilem,


P. P. Sub figillo Facultatis Medicæ die 2. Maji 1715.

ms(0)10



tiones ascenditur, quæ ægritudines ple
quod reddidit *Plinius*: pubescentem
dum quendam solvere, quod ægritudine
seatur. Quæ sequitur ætas, quamvis
puritatibus repurgata, crudeles tamen e
ctus, frequentes sunt tabes & Phthisis, q
signo cruore scil. cum tussi ejecto certe
in præcipitium ducunt, ferox id malum
robustissimos adolescentes adoritur, ac in
tæ spe positus infidiatur. ¹⁶³ Ulterius
bus Pleuritis thoracem lancinat, alios
rhœa & intumescens bilis, quæ etiam
mæ Cholerae parens & vomitus concit
& qui ad optimos vitæ annos ascenderu
maturitate totam perfectionis metam a
dentur, mirum ac miserum potius qua
bantur, & cum corporis viribus animi
gor minuatur. Inclinate ætate sensim
intellecta senectus, quam varia circumstar
da, varii labores & dolores, sub quibus ru
statura curvatur, languet spiritus, cor affl
concutitur, vertigine rotatur, tremunt
plexia invadit, & vel nullas patitur in
motus aut unius aut plurium partium re
potentiam & sensus in iis hebetudinem, in
verbo: Paralyfin. In aliis dentes decidunt,
lor, tenebræ in oculis, surditas in aurib
in naribus, Rheuma in pectore, t
in articulis; Neque est quod putemu
hactenus, ea, qua fieri potuit brevitate,
præcipuorum genera, quæ homines per

Copyright 4/1999 VxyMaster GmbH www.vxyMaster.com
VerFarbselector Standard - Euroskala Offset



bus vita eorum distinguitur temporum intervalla
molesta & ingrata ratione exercent, ut & reliqua,
numero inexhausta, quæ singulas humani corporis
partes gradibus nunc intensioribus, nunc remissiori-
bus affligunt, omnes duntaxat illos invadere, ex
quibuslibet hominum ordinibus, qui vitæ suæ & sa-
nitatis restorationem Peritissimis Medicis optima
cum fiducia committunt. Invadunt quippe & ipsum
artis salutaris in eodem Probatissimos
Medicos, quos semper affectu, & dili-
gentissimum studium illud, quod
præferunt humana à malis,
vel a morbo eorum, & in-
colunt, semper pro datis
humanarum
Adeoq; ut & iusti-
tiam, sed &
(m) per omnem
nem, esse morbum,
& tandem ultimæ,
muculentissimus pariter
ACUS per ultimum vitæ
suæ, idq; in Academia RECTOR, &
simul Ampulæ Medicae Spectatissimus
Decanus, Vir Nobilissimus, Excellentissimus at-
que Experientissimus, Dn. WILHELMUS DAVID
HABERMANNUS Medicinae Doctor & Professor
Publicus Ordinarius Celeberrimus, & Poliater Ro-
stochiensium Meritissimus, Collega quondam no-
ster Aestimatifissimus, nunc eheu Desideratifissimus,
qui integrum vitæ suæ mortalis hospitium cum va-

A 1

riis

